



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quarta. Ut possint apponi pacta. parag. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

, se, d' Censi, che d' altra maniera si faran-,
no, siano nulli, è di nessuno valore, & ef-
fetto. (notas invaliditatem contra-
ctus?) è non se posia per virtù di quelli
dimandare, ne ricuperare in Iudicio, ne
fora più che à detta regione, è rispetto.

§. VI.

*Quarta, seu ultima conditio Census in Sicilia.
ut possint apponi pacta ad arbitrium
contrahentium.*

*V*nde notabilis, & ampla est hujus clausula concessio, quia in aliis Bul-
lis multa pacta prohibentur, ut ex superioribus constat. Sed in nostro Regno possunt adjici contractui Census, ex vi iustius con-
cessione, omnia, & quæcunque pacta velint contrahentes, dummodo (ut semper supponitur) apponantur ea, quæ sunt conformia Juri naturæ, ad quæ nihil aliud requiri, nisi, ut servetur æqualitas, gravamina compen-
sentur, & pacta non sint inter se contraria,
Sup. c. 4. notavi cum Lessio a supra.

*2. Atque hinc sit, ut quando in Sicilia
apponitur pactum (& solet quidem semper)
ut si Censuanus non solvat pensionem,
possit Censuista prædium, sub quo resideret
Census, sibi adjudicare, non existimet esse
illicitum: & merito: non enim est contra
naturam contractus, quia illud nullo modo
destruit naturam Census, & ex alia parte
non videtur esse illicitum, quasi injustum
onus imponatur Venditori, quia supponimus
compensari aliunde ejusmodi gravamen, &
nunc post predictam Philippi Pragmati-
cam maximè compensari, ex eo, quod
Emptor non acquirit pensionem, nisi ad ra-
tionem quinque pro centum, ut supra vidi-
mus. Neque etiam est illicitum ex alio ca-
pice injusto, quia etiam supponimus, illud
non apponi, propter quamcunque modicam
pensionem non solutam, sed propter multas,
que possint aliqua tandem ratione attingere
dimidium valoris prædii, modo mox ex-
plicando, & supponimus etiam, ponit in pœ-
nam moderatam per Iudicis sententiam in
hoc eodem flagendam, ob culpam potestis, & nolentis
lovere centum, ut supra b. vidimus. Non
denique est illicitum ex lege positiva, quia
*Tamburinus de Sacramentis.**

jam concessit Nicolaus V. posse ponit quæ-
cunque pacta justa, &c.

His in genere prælibatis, ad aliqua scitu
necessaria de hac Adjudicatione progredia-
mur.

§. VII.

*An possit quis, vi Cessioris habita à Domine
Census sibi adjudicare, hoc est au-
ritate Iudicis sibi appropriare
prædium Censui sub-
iectum?*

*1. N*on raro, pura, quando Censuarius, id est debitor Census, sive ob paupertatem, sive propter aliquid non solvit pensiones Censuistæ, id est Creditori debiras, dictas pensiones solvit alius Tertius sua pecunia, cui Testio dictus Censuista, qui est Dominus & Creditor Census, cedit totum Jus, quod ipse haberet in dictum Debitorum, & in quæcunque bona obligata, vel hypothecata suo Censi. Postquam autem ejusmodi Tertius obtinet hoc Jus, propter multis pensiones à se solutas, petit, & obtinet à Judice, ut sibi attribuantur illa bona loco Censuistæ, à quo ipse Tertius Jus habuit. Quæstio igitur est, an id validè fiat, & licet?

2. Respondeo, supposita æqualitate debiti, & valore prædii, seu boni adjudicati (de qua remox §. sequ. fuscè disputabimus.) Respondeo, inquam, validè, & licet fieri, ut ab usu pro communi in Regno videmus, approbari. Et ratio est manifesta, quia ex una parte Censuista, quando ei non solvuntur lue pensiones, habet hoc Jus adjudicandi sibi prædium, ut diximus paragr. præced. num. 2. & ex alia, idem Censuista, ut ipse Dominus talis Juri, illud cedere alteri, non prohibetur.

3. Hoc profectò facile est. Verum hinc insurgit molestissima difficultas: An scilicet, si Tertius hic, non quidem sua pecunia, sed pecunia ipsius Censuarii solvat aliquot pensiones Censuistæ: quot sufficiunt ad adjudicandum prædium, An, inquam, hic Tertius submissus, qui solet esse, vel Famulus, vel Ancilla ipsius Censuarii, vel fidelis amicus, licet possit acquirere idem Jus, & sibi bona illa v. g. prædium adjudicare, & adjudicatum donare ipsi Censuario, qui jam

Zzz

in